One of the best ways of judging of this matter, is to consider what books they were commonly possessed of and used. It will be found that their books were few in number, and very limited as to the extent of the field of knowledge which they embraced.

Dr Jamieson, in his account of the Culdees, has given the catalogue of a library of a religious house, viz. the Priory of Lochleven, about the year 1150. No doubt this library was at the time thought to be ample, and to contain all the books the society needed. However, it consisted of only *seventeen* volumes; and among these, there was NOT a *complete copy of the Bible*, only some detached parts. The rest were either such books as were used in the ordinary service of the church, and not even a complete collection of these, unless their form of worship was very different from that of Rome; or, *2dly*, Some theological books, such as the *Libri Sententiarum*, or commentaries upon them. There is not in this collection one classic author, Greek or Latin, nor any book on Philosophy or General Literature. We may, therefore, conclude, that, at the time alluded to, (about 1150) this was not a learned society, nor were they provided with the means of becoming so.

This house had been an ancient seat of Culdees, and was well endowed; therefore, upon the idea of learning prevailing amongst these priests, we have a right to presume it would be well provided with books: And we may conclude it was so, in an equal degree at least with any other establishment of the same kind. Yet we cannot help thinking it was a miserable collection for a body of priests, possessed of whatever learning was in the country.

General assertions of the great learning of the monks and priests of ancient times, and erroneous notions of collections of valuable books in their possession, afford no distinct ideas on this subject. An inquirer into those matters naturally seeks for the facts on which such assertions are founded, or notions entertained. In order to afford the satisfaction wanted, it would be desirable to collect and examine all catalogues or inventories of collections of books belonging to religious houses, or other ecclesiastical corporations in this country; and, if a number of them were brought together, they would afford grounds for judging of the degree of learning which the clergy usually possessed, or had an opportunity of acquiring. There are a number of chartularies or registers of bishoprics and religious houses yet extant, wherein materials may probably be found; and those who make this matter an object of enquiry, would do well to examine them, and extract whatever they contain respecting the books and libraries of those churches.

The Chartulary of Glasgow, and all the other archives of that Bishopric, were carried to France at the Reformation, and lodged in the Scotch college at Paris. After the French

Revolution, the Chartulary was brought to this country upon loan, where I had an opportunity of seeing it, and copying from it the catalogue which is prefixed.

The Chartulary itself consists of two volumes written on vellum, one more ancient than the other. They are in a great measure copies of each other, but each contains a variety of deeds which the other has not. The more ancient volume commences with the period of David I. before he was king; and contains a great number of deeds from the restoration of the See by him, then Prince of Cumberland, till a period preceding the Reformation. The second is chiefly a transcript of the former; but it contains a number of deeds of more modern date, respecting endowments by individuals, of chapels, altarages, &c. which are not in the first.

The first volume contains the catalogue prefixed, and bears to have been taken by four Canons of the church, on 24th March, 1432. It includes also the preceding list of ornaments, jewels, reliques, &c.

Before entering into consideration of the number and nature of the books in this catalogue, it is proper to mention that it lies under some disadvantages, which deprive us of some part of the information we had reason to expect from it.

It seems to have been originally drawn up not by very learned hands; as several books are mentioned with which the compilers appear to have been unacquainted; for they do not give either the names of the authors, or the subjects. Several books have no description or distinction, but merely the first words on the first or second leaf. The first of these marks might lead us to find out the book meant; but the reference is most frequently made to the first words of the second leaf, either because the first leaf has been obscure, or that the beginning of the second leaf might afford a better distinguishing mark of the individual copy, than the first word of the first leaf, which fell to be the same in every copy. But even the transcription of these words is frequently erroneous, showing that the compilers were but imperfectly acquainted with the Latin language, and not at all with the book itself.

Farther errors have been added in transcribing the catalogue into the Chartulary. The transcriber has been still more unequal to his task than the compilers. He appears to have been little acquainted either with the Latin language, or the books described; and the writing is more indistinct and worse formed than the rest of the book. He has been ignorant of the import of many of the contractions used, and in consequence has made some of them unintelligible, and evidently misread and copied erroneously a number of words. Hence I have been unable to decypher in a satisfactory way some of the passages, as to which I have used my best powers of conjecture; but, as to some others, I am obliged to confess myself unable to find out the true reading.

These observations it is necessary to keep in view, in order to account for the obscurity that will be found in some passages, and because it is uncertain whether we can ever see the original whence the copy was taken.

Before taking notice of the species of books appearing in this list, it may be remarked, that, as it is near 300 years later in date than that of Lochleven, and belonged to one of the richest churches in Scotland, so the number of books is much greater, there being no less than 165 books particularized, many of them distinguished as *Solennes, auro illuminati*.

magni voluminis, &c. showing they were particularly fine and expensive books. The collection may therefore be considered as ample for the time, and that it corresponded to the wealth of the establishment to which it belonged. Compared with modern libraries, it appears to be an insignificant collection; yet, when we consider the amount that must have been paid for writing and vellum for so many large books, we must think that such a collection could not be procured, without incurring a very heavy expense.

The particular books are sufficiently detailed in the catalogue itself; but it may be useful to give the following general view or classification of the kinds of books which composed this library, as showing what studies most commonly occupied the learned of that period.

- I. The first class is that of books necessary for the service of the church, consisting of,
1. *Missals*, ten in number, belonging to the high altar, and to different altars and chaplainries in the church. These are described as *notata* or *non-notata*, i. e. with or without the music; and as *magni* or *parvi voluminis*, or *illuminata*.—2. *Breviaria* or *Portiforia*, which are also described as with or without the music, and are seven in number.—3. *Psalters*.—4. *Antiphonaria*.—5. *Gradalia*.—6. *Processionaria*.—7. One *collectarium*.—8. One *ordinarium*.—9. *Libri Pontificales*.—10. *Liber Hymnorum*, &c.
- II. Then follow bibles and detached books, or parts of the scriptures, and a concordance, nine in number.
- III. Legends and lives of saints, including those of Saint Kentigern, the patron Saint of Glasgow, and Servanus, said to have been his teacher.
- IV. Books of the Civil and Canon law, of which there is a complete, and apparently an expensive, collection.
- V. Theological books, comprehending several works of Saint Augustine, Saint Jerome, Bede, Saint Bernard, &c. Among these the *Libri Sententiarum*, as the then standard book of theology, and commentaries upon them, make a principal figure. There are also some commentaries and expositions of different parts of the Scriptures. Of some of these books, I have not discovered the precise titles nor authors' names, the reason of which has been mentioned above. To these may be added one book containing the statutes of the Council of Tours.
- VI. There are some books which may be termed Philosophical, as treating of Morals, Metaphysics, or Natural Philosophy, among which are some of Aristotle's works, but Latin translations.
- VII. Of classical books there are very few, and these not the most eminent. There is,

1. No. 1—10
2. No. 17—23.
3. No. 24—27.
4. No. 28—34.
5. No. 35—40.
6. No. 41—49.
7. No. 46.
8. No. 48.
9. No. 51, 52, 53.
10. No. 58
No. 11, 13, 14, 50,
57, 107, 110, 114,
134
No. 15, 16, 17, 19
No. 51, 53, 56, 60,
61, 59, 117, 118,
119, 120, 121, 122,
123, 125
No. 59, 61, 65, 66, 67,
68, 69, 70, 71, 80, 81,
82, 83, 87, 89, 91, 93,
97, 98, 99, 100, 101,
102, 103, 104, 105, 106,
108, 109, 111, 112, 113,
115, 116, 123, 126, 129,
130, 131, 132, 133, 135,
139, 140, 141, 142, 144,
145, 147, 148, 149, 150,
151, 152, 154, 155, 156,
157, 158, 159, 160, 161,
162, 163, 164, 165
No. 73.
No. 63, 77, 79, 80, 96,
127, 137, 146, 151

bus Januensis, (or of Genoa) described as *valde preciosum et solenne*. It was the dictionary chiefly used in those times, and accordingly was printed so early as 1460. It is a book of great size, and consequently expensive. There are two MS. copies of it in the Hunterian Museum at Glasgow, each in two immense volumes, one marked with the name of *Peter Burman*. A sight of these copies will help one to form an idea of the great expense which this book would cost in writing and vellum. The other books of this class are Valerius Maximus, Ovid's *Metamorphoses*, Sallust, Boetius two copies, and Seneca's *Epistles*, which the transcriber has erroneously written *Ephitaphium Senecæ*, as he has described the first words of Sallust to be *Omniū bonum*. The Collection does not contain one book in the Greek language.

VIII. *Lastly*, There are some books, most of which seem to be theological, which are so imperfectly described, that their authors or subject does not appear; nor have I been able to guess them; the difficulty of doing so being increased by the way adopted for distinguishing the books, viz. the first words of the *second* leaf, which cannot be ascertained without a careful inspection of the very book intended, a matter of no small trouble, independent of the difficulty of finding the book.

It has been already said, that this collection may be considered as an ample library, according to the state of the times, and must have cost a large sum of money. A number of the books are mentioned as having been donations, probably purchased abroad by the donors. When we review the catalogue, we may give up any regret we may have felt for the loss of those books, so far as they are known, supposing them to have utterly perished; and if any of those we do not know are irretrievably lost, we may be comforted by the consideration, that probably the loss to the learned world is not great.

The chief cause of regret appears to arise from the 87th article, which bears *Sermones Dominicales in papiro, cum aliis infinitis libellis quorum nomina ignoramus*. It is probable that this is the part of the library which would now-a-days be reckoned the most curious. Perhaps, the *infiniti libelli*, were the current or popular books of the time, not written and illuminated in a magnificent style, as being intended for ordinary reading, not for the solemn service of the Church. The ignorance which is professed by the clergymen who made the Catalogue may be attributed to their not condescending to read such profane books; but there may have been among them Classics, as well as Chronicles or Histories, which might at this day afford much information. Their being written on paper stamped them as worthless.

Having suggested this consideration, I hope I may venture, without exciting great grief, to mention that it is very doubtful whether any of these books existed in the Scotch College previous to the French Revolution; but, if they did, there is very little reason to doubt, they were either destroyed or scattered during the time of the wars which followed that event. Still it would be desirable that inquiry were made as to the history of the Scotch College in that period, and its present state; as it would be satisfactory to know what became of the books, and more especially of the papers and records, of the Scotch churches, which were lodged there at the Reformation.

To the foregoing Inventories there may be added the following deeds recorded in the Chartulary, respecting Donations of Vestments, &c. to the Church, or respecting the office of the Sacristan who had the charge of them.

CARTA INDENTATA WALTERI FILII GILBERTI
DE VESTIMENTIS DATIS ALTARI BEATÆ MA-
RIÆ IN ECCLESIA GLASGUENSI.

PATEAT univērsis Christi fidelibus per hanc presentem Indenturam, Quod Ego Walterus filius Gilberti, Do, divine caritatis intuitu, pro salute anime mee, et Mariote uxoris mee, et pro anima Helene uxoris quondam mee, et pro animabus antecessōrum et successōrum meorum, Altari Beate Marie Virginis in ecclesia Cathedrali Glasguensi en le Crudis, unum vestimentum integrum pro Sacerdote, Diacono, et Subdiacono, scilicet, unam casulam, tunicam, et Dalmaticam de viridi panno de Tarys [Parys?] tres albas, tres amictas cum totidem stolis, Phonomys, et zonis, duo lintheamina, cum frontali de serico, tres capas chori de Pel. et tria superpellicia, unum corporale, et unum sudarium, unum calicem argenteum deauratum, duas phiolas, et unum thuribulum argenteum: Ita quod hec omnia remaneant ad dictum altare ad utendum ipsis ad Missam de Beata Virgine Maria, in festis ad arbitrium Capituli Glasguensis: Excepto quod omnia vestimenta predicta, calix, phiole, thuribulum et cetera omnia prenotata, accommodabuntur et deliberabuntur mihi et uxori mee predictæ si supervixerit, quoties nobis visum fuerit; Et post me, ad requisitionem heredis mei et heredum meorum, quater in anno ad capellam Sancte Marie de Maytan (f. Maychan) pro divinis ibidem celebrandis; Scilicet in festo Natalis Domini, in festo Pasche, in festo Pentecostes, et in festo Nativitatis Beate Marie Virginis; Et bis in anno ad capellam Beati Thome Martyris de Glasgu; Scilicet, ad festum suum infra Natale, et ad festum Translationis ejusdem: Et nos Capitulo Glasguensi commendantes dictum Walterum de tanto beneficio, largitione, et devotione recipimus omnia predicta vestimenta et alia, sub conditionibus, modis, et formis per ipsum

Walterum appofitis ; Promittentes eadem falva cuftodire quantum dura-
verint, ficut alia ecclefie noſtre veſtimenta, ad dictum uſum, et ad accom-
modandum et deliberandum ad Capellam de Maychan, et ad Capellam
Sancti Thome prout ſuperius eſt expreſſum : Et hoc omnibus quorum
interest tenore preſentium ſignificamus. In cujus rei teſtimonium huic
parti indentate penes dictum Capitulum remanenti, ſigillum mei Walteri
eſt appenſum : Alteri vero parti penes dictum Walterum remanenti, ſi-
gillum commune Capituli noſtri eſt appenſum. Data apud Glaſgu duo-
decimo die menſis Julij anno gratie 1320.

INSTRUMENTUM DE VESTIMENTIS DATIS EC-
CLESIE GLASGUENSI PER ALANUM STEWART
DOMINUM DE DERNELE.

In Dei nomine. Amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum cun-
ctis pateat evidenter, Quod anno ab incarnatione ejuſdem ſecundum com-
putationem regni Scotie 1429 ; Menſis Februarij die ſecunda, Indic-
tione octava, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini noſtri
Domini Martini divina providentia pape V. anno 13^{ue}. In preſentia
venerabilium virorum Magiſtrorum Johannis de Hawyk Precentoris ec-
cleſie Glaſguenſis, tunc vicem gerentis Decani, aliorumque Canonicorum
dicte eccleſie, mei Notarij et teſtium ſubſcriptorum ; Nobilis vir Alanus
Stewart Dominus de Dernele, in honorem Dei omnipotentis, Beate Marie
Virginis, et Sancti Kentigerni Confeſſoris, conceſſit et libere donavit
dicte eccleſie Glaſguenſi ac magno altari ejuſdem, in perpetuo, unum
veſtimentum de rubeo vel velo [velveto?] viz. Caſulam, Albam, Amic-
tam, Cingulum, Stolan, et Manipulum ; cum duobus pannis, de ima-
ginibus broudatis, uno videlicet ante altare, et alio ſupra altare ; Et cum
uno pallio et frontali broudato de eodem. Que ornamenta dicto altari
aſſignavit, et dictam eccleſiam in poſſeſſionem predictorum ornamentor-
um poſuit et miſit, et de eiſdem inveſtivit : Et dictus Dominus de Der-

nele quotiens opus fuerit, et dictis ornamentis indigeat, habebit illa in usum suum. Et si contingat, dictum Dominum de Dernele decedere, vel se ad partes transmarinas disponere, dictum vestimentum cum pannis broudatis et aliis partibus suis, pure simpliciter et sine aliqua conditione, in dicta ecclesia, et cum dicto Capitulo perpetuis temporibus futuris remanebit. Super quibus omnibus et singulis prefatus Dominus Magister Johannes Precentor, nomine dicti Capituli petiit a me Notario fieri publicum instrumentum. Acta fuerunt hec in dicta ecclesia Glasguensi, anno, mense, die, indictione, et pontificatu quibus supra. Cui quidem instrumento dictus Alanus Dominus de Dernele, suum sigillum apponere promisit; Presentibus circumspcctis viris Magistro Gilberto de Park Rectore ecclesie de Colbantoun et Domino Thoma Marshall vicario ecclesie de Kylwynyn diocefeos Glasguensis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes de Hawyk Presbyter Glasguensis diocefeos, Publicus aucteritate imperiali Notarius, &c.

ORDINATIO ANDREÆ EPISCOPI GLASGUENSIS
DE OFFICIO SACRISTÆ, ET ORNAMENTIS EC-
CLESIAE.

ANDREAS Dei et apostolice sedis gratia Episcopus Glasguensis, uniuersis et singulis ad quorum notitiam presentes litere pervenerint salutem in omnium Creatore: CUM autem Ecclesiam venerari sit fidem Dei dilatare, et ipsius ministros multiplicare, sit palmites seu doctores Sancti Spiritus instinctu diuinitus augmentare; Cujus Ecclesie ministri innocentes et Sancti, a peccatoribus segregati, nullam habentes maculam, angulum, neque rugam; in summitate capitis crines habentes rasos, et coronam rotundam ob innocentie signum, et familiariter cum Christo singulare conubium, cui in innocentia vite, morum honestate, et aliarum virtutum tanquam splendoribus lampadis, in exemplar aliorum, semper toto cordis

affectu, et etiam corporum et indumentorum ostensione, ministrare nitantur; quam sanctius prout poterunt etiam honestius atque decentius juxta facultatis sue vires, cum ecclesiarum et altarium ornamentis nitidis, candidis, atque decore, quibus illud divinissimum ac sacratissimum Sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri Jhesu Christi pro peccatis vivorum et mortuorum, quotidie per ministrorum manus tractatur, immolatur et fumitur, in quo est salus unica, vita, et resurrectio nostra, per quem (quod) salvati et liberati sumus. **IGITUR** ob honorem et laudem Dei omnipotentis, ac divini cultus augmentationem, et ipsius (ipsorum) ministrorum decorationem et ornamentum, una de consensu et assensu capituli nostri, vocatione legitime facta, ac tractatu solempni diligenter prehabito, Creamus, Erigimus, et Ordinamus, unum custodem ornamentorum et ecclesie nostre antedictae perpetuum, sub certo modo et forma, prout inferius continetur: **INPRIMUM**, Quod Capellanus constitutus ad celebrandum pro anima quondam bone memorie Reverendi in Christo Patris et Domini, Domini Willelmi Turnbull predecessoris nostri, semper sit custos nostre ecclesie; Ita quod ipsa Capellania, quam primum ipsam vacare contigerit, per cessum vel decessum Domini David Burunton nunc possessoris ejusdem, sit pro perpetuo annexa eidem officio custodis; Cui etiam officio Annectimus, Unimus, atque Incorporamus, in augmentum sue sustentationis et cure, omnes et singulos illos proventus, commoditates, et redditus quos habuit P. pater noster sacrista, vocatus interior sacrista, una cum decem marcis debitis ex Prebenda de Kumnok, in primeva sua creatione, alias datis ad sustentationem puerorum in dicta ecclesia nostra ministrantium: Cujus summe solutio fiet eidem custodi, ad quatuor anni terminos solitos et consuetos pro hujusmodi pueris antedictis. **ITEM**, Nos Episcopus Andreas antedictus, sibi unam marcam concedimus, divine caritatis intuitu, in sue portionis augmentationem, una cum mansione ubi commodius fieri possit. Et Ego Patricius Leche Cancellarius dicte ecclesie Glasguensis, unam dimidiam marcam similiter ut prefertur per dominium meum Glasguense eidem concedo. Ipse vero custos continuam et personalem faciet residentiam in civitate nostra Glasguensi, qualibet nocte, personaliter et non per ministrum; in ecclesia pernoctabit, ac usque ad meridiem in ecclesia personaliter intererit, in suo officio ministrando quotidie; omnia ornamenta ecclesie que sunt infra illam clausuram seu in-

gressum ad chorum per tres transitus Anglice et vulgariter nuncupatos *The Gemaduris*, in choro, et in utroque latere ejusdem chori, similiter custodiet et gubernabit; ac hujusmodi ornamenta et indumenta rupta consuet, corriget, et reformabit, viz. cappas, casulas, tunicas, Dalmaticas, albas, stolas, manipulos, ac lintheamenta altarium sequentium, viz. Magni altaris, Sancte Crucis, Beate Catharine, Sancti Martini, et Beate Marie Virginis in ecclesia inferiore tantum servabit in capitulo; Ac ipsa ornamenta ministris ecclesie vel aliis ministrabit ac deliberabit cum discretione, semper ad honorem Dei; ac hujusmodi ornamenta munda servabit et mundari faciet semper et quando prout expediens fuerit vel optimum; ceram, vinum, et luminaria ministrantibus debite ministrabit, et post ministerium omnia dimissa diligenter conservabit. Hujusmodi autem beneficium, incompatible fit cum quocunque alio beneficio, secundum tenorem institutionis ejusdem capellanie. **ITEM**, Ut ipse custos ponat ornamenta altarium, Thapetas, et reliquias ac alia ostendat festis majoribus et aliis sicut decet et consuetum est, ita quod ipse custos celebrabit pro anima recolende memorie Domini Willelmi Turnebull predecessoris nostri, secundum formam et tenorem sue foundationis apud altare Sancte Catherine. **ITEM**, Quod ipse custos semper incedat ministrando cum suo superpellicio honesto et candido, ac in processionibus locum habeat ante vicarios chori, ipsam processionem regulando et regulariter faciendo. **ITEM**, Ut ministros ecclesie divina celebraturos, et maxime ad magnum altare, et altare Beate Virginis Marie diligenter adornet, penes indumenta sacerdotalia pro suis corporibus assumenda. **ITEM**, Quod ipse custos de suo officio sacristarie, quolibet anno, scilicet in festo Pentecostes, faciet suum computum Presidenti et Capitulo: Et si hujusmodi custodem abesse contigerit, penam statutam in hujusmodi capellanie creatione impostam, ipso facto incurrat; Et etiam sine aliqua citatione seu vocatione quacunque; Scilicet, Ita ut non ultra quindenam se absentet sub pena privationis ipso facto; et alias absens a suo ministerio quotidiano punietur pariformiter, sicut vicarii ministrantes, qui se a suis horis absentant: Et si aliis modis delinquat penes ea que concernunt suum officium, et custodias et reformationes eorum que sibi committuntur, punietur et corrigetur ad arbitrium Prelati seu Presidentis et Capituli, secundum quod causa seu delicti qualitas seu quantitas exigit et requirit. Et punietur

arbitrarie quolibet die Sabbati per Presidentem et Capitulum. ITEM, Quod singulis diebus Sabbatorum in capitulo interfuit. ITEM, Quod habitum Prebendarii de Kummok conservet et sibi ministrari faciet prout opus erit; et fidelem obedientiam Prelato, Presidenti, et Capitulo semper fervabit. ITEM, Ut defectus capellanorum pro defunctis institutorum in hac ecclesia scribat, et quolibet die Sabbati sine favore inter alios defectus legat, sicut coram Deo in die Judicii velit respondere. ITEM, Ut reliquias A. B. &c. reverenter custodiat, et certis diebus solemnibus ob devotionem populi consuetam, custodiet et exponat; et iterum in suas capas reponat; ac oblationes recipiat. Iterum [ITEM?] quotidianos calices de argento deauratos, scilicet A. B. &c. custodiat, et celebrantibus deliberet, et iterum reportatos acceptet, suis locis claudet et diligenter custodiet. Ac ut semper maneat ad voluntatem Prelati et Presidentis et Capituli, sic quod additionem, mutationem, seu innovationem benigne suscipiat secundum quod causa, status, et tempus requirit. ITAQUE huic foundationi semper possit aliquid addi vel detrahi ex causa rationabili, ob honorem Dei, commodum ecclesie, cum secundum varietatem temporum statuta quocumque variantur humana. Ac sibi concessa non alienabit, nec ad feudifirmam concedet; atque omnia et singula fideliter observanda, tactis sacrosanctis Dei Evangelii, corporale prestabit juramentum. IN QUORUM omnium et singulorum premissorum veritatem, sigillum prefati Reverendi in Christo Patris, una cum sigillo communi Capituli Ecclesie Glasguensis presentibus est appensum apud Glasgu 12^{mo} die mensis Maij, in vigilia, viz. Penthecostes, solemniter tractatu et capitulari congregatione desuper congregata, anno Domini 1459, et consecrationis dicti Reverendi Patris anno 4^{to}.

From the preceding ordinance of the Bishop, it might be inferred that it was the first institution of the office of Sacristan ; but the following deeds show that there was a Sacristan long before, and that the Bishop only regulated the office of new.

CARTA ROBERTI EPISCOPI GLASGUENSIS SUPER
CONVENTIONE INTER ROBERTUM THESAUR-
ARIUM GLASGUENSEM, ET ALANUM PERPET-
UUM EJUSDEM ECCLESIAE VICARIUM.

OMNIBUS Christi fidelibus presentes literas inspecturis, Robertus miseratione divina Ecclesie Glasguensis minister humilis, salutem in Domino sempiternam : CUM inter Dominum Robertum Thesaurarium, eundemque Sacristam ecclesie nostre Glasguensis predictae, ex parte una, et Dominum Alanum perpetuum vicarium ejusdem ecclesie ex altera, magna controversie materia fuisset exorta, super quibusdam oblationibus et obventionibus, quas utraque pars dicebat ad se pertinere. Tandem predictae partes, pro bono pacis, sponte et libere se supposuerunt ordinationi nostre alte et basse ; se per fidem et juramentum corporaliter prestitum astringentes, et fideliter promittentes, quod nostram ordinationem super dictis oblationibus et obventionibus acceptabunt et perpetuo observabunt pro tempore vite Sacristae predicti : Et quod nunquam per se nec per alium contra istam ordinationem nostram in aliquo venient aut facient, nec contra fieri procurabunt. Nos igitur, jure utriusque partis intellecto plenius et discusso, de consensu utriusque partis, necnon de unanimi consensu et consilio Capituli nostri Glasguensis, et in pleno Capitulo, in modum qui sequitur duximus ordinandum viz. Quod Dominus Thesaurarius predictus ratione Sacristarie percipiet denarios cere, oblationes candelarum die Purificationis Beate Virginis ; et candelas seu luminaria defunctorum : Et Dominus Alanus predictus perpetuus vicarius ejusdem ecclesie, nomine vicarie, percipiet omnes alias oblationes, obventiones et cetera minuta, ad vicariam ecclesie predictae spectantium : Et in hujus ordinationis nostre testimonium et probationem pleniorum, sigillum

nostrum una cum figillis predictorum Domini Roberti Thesaurarii, et Domini Alani vicarii, presentibus est appensum. Datum apud Glasgu die Jovis proxima ante festum Sancti Marci Evangeliste anno gratie, 1293.

N. B. This date seems to be anterior to the feu right granted by Alan the Vicar and Sacristan to John of Carric. For Robert the Treasurer was at this time Sacristan. It would appear that Alan succeeded Robert in the office of Sacristan; this feu right must have been granted after 1293.

CARTA ALANI PERPETUI VICARII DE GLASGU
QUA DAT SACRISTIS ECCLESIE PECIAM TER-
RÆ APUD GLASGU.

OMNIBUS has literas visuris vel audituris, Alanus perpetuus vicarius ecclesie Glasguensis, et ejusdem ecclesie Sacrista, Salutem. Noverit universitas vestra me de consensu Capituli dicte ecclesie, pro me et successoribus meis Sacristis, Concessisse, et ad feudifirmam Dimississe, nomine dicte Sacristarie, Domino Johanni de Carric Capellano tunc parochiali de Glasgu, Totam illam terram que tunc erat vacua, cum omnibus pertinentiis suis, jacentem infra burgum de Glasgu, ex opposito Fratrum Predicatorum de Glasgu in longum et latum, inter terram Malcolmi dicti Scoti ex parte aquilonali, et Venellam five viam que est dictorum fratrum ex parte australi; Tenendam et habendam dicto Domino Johanni et heredibus suis et assignatis, libere quiete et pacifice in perpetuum; Reddendo inde annuatim mihi et successoribus meis Sacristis, Tres solidos argenti, viz. decem et octo denarios ad festum Pentecostes, et decem et octo denarios ad festum Sancti Martini in hyeme; Et sic de anno in annum, et de termino in terminum fiet solutio dicte feudifirme in perpetuum: Et Ego Alanus et successores mei Sacriste dictam terram cum suis pertinentiis dicto Domino Johanni et heredibus suis ac assignatis contra omnes homines et feminas in perpetuum Warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus literis appofui: Et

ad majorem rei gestæ securitatem, sigilla officialitatis Glasguensis, et communitatis ejusdem, presentibus apponi procuravi. Hiis testibus Johanne Dubber, Johanne filio Waldevi, tunc Ballivis de Glasgu, Rogero Helterer, Johanne filio suo, Rodulpho Saryn, Johanne Ivet, Johanne filio Alani, et aliis.

DONATIO JOANNIS (CAMERON) EPISCOPI, TERRARUM DE COLLYWHATRIG SACRISTARIE ET LUMINARIBUS ECCLESIE GLASGUENSIS.

IDEM Johannes Episcopus magnam penuriam fere (ceræ) in ecclesia sua Glasguensi videns, ob ipsius fere caritiam, propter quod in dicta ecclesia, luminaria congruentia, in ecclesie scandalum sepius defecerunt; Terras ecclesiasticas seu elemosinarias de Collyuhatrigis infra vicecomitatum de Drumfries jacentes, que quidem terre cum pertinentiis ad Episcopi Glasguensis qui pro tempore fuerit dispositionem pertinent pleno jure, in augmentum feriorum (cereorum) et luminariorum, cum sui Capituli consensu Donavit et Concessit; Sic quod Sacrista qui pro tempore fuerit, de dictis terris sicut de aliis redditibus et elemosinis datis et ordinatis pro sustentatione et onere luminariorum et feriorum, (cereorum) ac ornamentorum magni altaris disponat, et de sua ministracione juxta antiquam et laudabilem consuetudinem compotum et rationem singulis annis reddere teneatur; Ita quod ante omnia de redditibus illarum terrarum, ac redditibus aliis et elemosinis donatis et assignatis in sustentacionem luminariorum juxta ecclesie Glasguensis excellenciam, dignitatem, et honorem congrue et sufficienter sit provisum. Et si quid restaverit, illud in usum albarum lintheaminum et ceterorum ornamentorum magni altaris ut premissum est fideliter et utiliter expendatur.

* * * * *

